

**Digitales Brandenburg**

**hosted by Universitätsbibliothek Potsdam**

**Georgii Adami Struvii jurisprudentia romano-germanica  
forensis ...**

**Struve, Georg Adam**

**Jenae, 1734**

Ad lectorem.

**urn:nbn:de:kobv:517-vlib-7440**



BENEVOLO LECTORI  
S. D.

**Q**uemadmodum omnes actio-  
nes ex fine suo æstimandæ  
veniunt: ita vel maxime æ-  
quus & candidus lector in libris cen-  
fendis scopum, quem Auctor inten-  
dit, respiciet. Nimirum fuit animo  
constitutum, pingui Minerva solum  
colligere singulas ferme juris civi-  
lis materias ita, ut certa atque cui-  
libet materiæ conveniente metho-  
do pleraque notentur ea, quæ in fo-  
ro obtinent. Absit vero, quod ipsæ  
Justiniani nostri Institutiones mani-  
bus studiosorum excutiantur, ut po-  
tius has, brevi & perspicuo adhibito  
commentario, vel præmittendas, vel  
jungendas huic operi esse monea-  
tur: cum ad supplendum id, quod  
Institutionibus illis deest, hic lābor  
spectet.

A 2

Ne-

*AD LECTOREM.*

---

Neque enim facile quis diffitebitur, ibi plurima esse prætermissa, quorum explicatio necessaria est præcedat lectionem latiorum Pandectarum, Codicis & Novellarum voluminum. Plurimorum quoque studiosorum vel res angusta domi, vel alia conditio non admittit, ut vastum juris oceanum emetiri possint.

Aliis vero, licet, ad ulteriora & altiora quippe tendentibus, in hujusmodi synopsi non subsistendum sit, nihilominus proderit, ut perfecta compagine universam juris artem, justo ordine cohærentem, mente ac memoria melius concipere atque recolere, nec non omnia ad certa capita revocare queant.

Exactius quidem pluribus locis hoc opus fuisset elaborandum, sed propter alia negotia auctorem,  
uti confido, excusatum habebis, Vale!

STU-



STUDIOSÆ LEGUM JUVENTUTI  
S. P. D.

JOANNES CHRISTIANUS  
RICHTER.

J. V. D.

AM nominis famam assecutus  
Est illustris libelli hujus Auctor,  
ut, qui in eodem laudibus eve-  
hendo multum consumeret operæ,  
soli lucem accendere velle censi-  
merito posset. Summi huius Viri  
merita & maximam multorum Prin-  
cipum gratiam ipsi conciliarunt, &  
quorumvis eruditorum meruere ap-  
plausum. Tot extant illius scripta,  
doctrinæ in omni jure solidioris te-  
stimonia luculentissima; tot dispu-  
tationes ingeniique fœtus, quibus  
eruditum orbem collustravit, ut  
dudum ille magnum orbis literarii

A 3              orna-

*AD LECTOREM.*

---

ornamentum , nostræ cumprimis  
Salanæ audiverit. Non permittunt  
præloquii hujus limites scriptorum  
modo memoratorum recensionem  
eorumque commendationem ube-  
riorem. Accedo igitur ad aureolum  
hunc , qui decima quarta vice pro-  
dit , libellum. Exhibitetur in eodem  
nervus atque summa juris illius ,  
quod in rerum obtinet argumentis ,  
& rectissime de hoc idem quis tule-  
rit judicium , quod alias de bonæ  
notæ scriptis : *Lectio Lecta placet , de-  
cies repetita placebit* , quum vix possit  
reperiri juris quæstio aut casus in  
civilibus notabilior , quin fundamen-  
ta ejus indicata sint in hoc & per-  
spicue explanata. Attemperavit  
Vir summus præcepta , quæ tradi-  
dit , neglectis materiis inutilibus  
( quarum alioquin in jure Rom.  
larga seges ) ad statum nostrum

• 110

Ger-

*AD LECTOREM.*

Germanicum, insignique illa, qua excelebat, juris peritia numero ferme infinitis Legum Cultoribus lucem prætulit, quam tuto sunt secuti. Hinc quoque effectum est, ut saepius hæc Jurisprudentia Rom. Germ. Forensis exscriberetur typis. Sed, uti fere solet evenire, typographorum incuria aliorumque cum avaritia, tum negligentia & infacia, multis fuit opusculum dedecratum nævis, quibus expungendis adhiberi manum Medicam commodum publicum videbatur requirere. Quare rogantibus amicis suscepit laborem, ut emendate prodiret libellus longe utilissimus. Voces phrasesque nonnunquam integras, perperam omissas restitui, & quasque suis locis inserui, leges singulas studiose evolvi, falso allegatas corrixi, in consilium advocate Stru-

**AD LECTOREM.**

---

viano Juris Civilis Syntagmate,  
contuli præterea editiones potio-  
res, ut eo rectius scirem, quæ ad  
emendationem pertinerent. Perspi-  
ciet inde quilibet æquus judex, ope-  
ram hac in re utiliter insumtam. Ad  
experientiam uniuscujusque libel-  
lum legentis expondentisque pro-  
voco. Ita enim & opusculi denuo  
prodeuntis dignitas, & labor, quem  
in procuranda ejus editione emen-  
datissima collocavi, clarissime pa-  
rebit. Dab. Ienæ d. 20. April. 1726.

**IN-**